

asperitate aquē defecerant in civitate fossēque^a in vallo, cui murus cingebatur, pro haurienda aqua, quarum inibi erat magna et profunda collectio, fiebant, eiusdem pauperis devotus minister diluculo egressus aquam allaturus lapsus est in glacie versoque iusum capite immergitur fosse nullo penitus vidente. Longa itaque expectatione debilis ille fatigatus animoque turbatus scamellorum sustentaculis, ut sibi moris erat, infelicia premortui corporis pondera trahendo vicinarum^b domorum habitacula perlustrabat, estimans puerulum aliquam earum pre frigoris nimietate intrasse; unius enim indumenti stricti brevisque utebatur tegimini. Sed cum iam diu quereretur nihilque certitudinis pro eius inquisitione ab aliquo caperet, ipse sibi ministraturus aquam eandem expetiit fossam. Quo^c cum pervenisset, inopinabile dampnum ex agnitione vasculi experiebatur inventi atque lacrimabili mox eiulatu convocat multos. Statimque plurimis in locis glacies incidebatur, ut corpus extraheretur. Mirum est, quod dicturus sum: post spacium videlicet duarum horarum aut ferme trium sub tam densa mole glatiei perque tam altam collectionem aquarum in nimia frigoris asperitate collocatum puerulum, quasi multum^d divinę largitas miserationis ad laudem sui, per meritum nostri patroni sancti Uuigberhti^e, cuius invocatio nominis, ut ipse postmodum narravit, ex ore eius non recessit, sanum mirantium simul et gaudentium oculis restitui.

4.

5. DE RUINA CUIUSDAM SUPRA MURUM SEDENTIS.

Nuper dirē calamitatis flagello super nos paganis concessio regali consensu regaliūque principum^f decreto sancitum est et iussum, honestorum virorum feminarumque conventiculis loca privata munitionibus firmis murisque circumdari. Quod ut et apud nos ita fieret, ex omni abbacia familia convocata labori cotidiano huic operi instabat peragendo. Factumque est, ut propere^g quodam in loco et absque norma confuse paries constructus usque ad definitam consurgeret^h summitatem. Cunctis itaque recedentibus subito prolapsu dissolviturⁱ murus, uno tantum adhuc desuper remanente, quem secum ruitura moles vasto impetu detraxit, altē fosse XII pedibus^k a muro distante iniecit. Excitati altisono fragore cadentis structure concurrunt populi, id quidem quod et factum erat existimantibus, sed qualis actam rem

^a so Hs. statt *foveęque*.

^b korr. aus *intimarum* Hs.

^c korr. aus

Quod Hs.

^d so Hs., lies *voluerit*?

^e *unigberhti* Hs.

^f folgt sinnlos

dentis Hs., verlesen aus *getilgtem decretis*?

^g *prepere* Hs.

^h korr.

aus *consurgere* Hs

ⁱ folgt *getilgt* d. Hs.

^k korr. aus *passibus* Hs.